Reuocati ad paenitentiam · audire contemnunt; Nec sufficit
eis contra dnm deliquisse, & locutas esse blasphemiam · sed
omis instar equorum & ferudo cursu ad praelium ruentium ·
non recogitant super peccato suo · Nec dicunt quid feci; per quę
intellegimus, uel de omni genere humano ista dici quod p mu̅sti
adulta; uel de tempore saluatoris quando omnes declinauerunt
simul inutiles facti sunt, non fuit qui faceret bonum non fuit us
que ad unum · Unde & ipse mystice clamitat; Saluum me
fac dne, qm defecit scs; Si autem haec ita se habent, ubi sunt qui
in nrā esse dicunt positum uoluntate, omni carere peccato;
Nemo inquit quod bonum est loquitur, quia etiam pro otioso
uerbo reddituri sumus rationem in die iudicii;

Miluus in caelo cognouit tempus suum · turtur, & hirundo,
& ciconia custodierunt tempus aduentus sui; populus aut
meus non cognouit iudicium dni; Pro miluo quem inter pre
tatus est symmachus, LXX & theodotio ipsum uerbum he
braicum posuere · asida; aquila · herodiona; rursumq;
pro hirundine; symmachus cicadam transtulit · quę hebraice
dicitur sis; pro eo autem quod nos possumus ciconiam, & a
quila & symmachus ita ut in hebreo scriptum est · agur ·
transtulerunt; pro quo LXX agri passeres interpretati sunt;
unus autem atque idem sensus est · qui & in esaie principio
ponitur; agnouit bos possessorem suum · & asinus praesepe
dni sui; israhel autem me non cognouit · & populus meus

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0092